Pedes distincti breves plantigradi, pentadactyli, antici fossorii, validi, fissi, postici palmati. Plantae denudatae callosae. Ungues falculares, antipedum latiusculi fossorii.
Species: Sorex aquaticus *LinGmel.*

GENUS 98. TALPA Lin. Briss. Schreb. La Cép. Dumer. Tiedem. (Maulwurf Germ. Taupe Gall. Mole Angl.)

Dentes Primores integerrimi subaequales incisores, supra infraque 6. Laniarii solitarii superiores distincti primoribus longiores et illis propiores, inferiores ambigui primoribus contigui, obliqui, acuti. Molares supra utrinsecus 7, anticis tribus minutis et quarto majore unicuspidibus, postremis tribus tritoribus tricuspidatis; infra utrinsecus 7, anticis tribus unicuspidibus, primo majore laniarium mentiente, postremis quatuor tritoribus multicuspidatis.

Rostrum productum. Nasus proboscideus cartilagineus apice detruncatus. Oculi minuti. Auriculae nullae.

Corpus pilis tectum. Cauda brevis. Mammae apertae 6 abdominales.

Pedes distincti breves plantigradi, pentadactyli fissi, antici fossorii validissimi. Plantae denudatae callosae. Ungues falculares, antipedum latiores fossorii.

Species: Talpa europaea *Lin.*

34. (2) Familia.

Plantigrada (Sohlenschreiter.)

Dentes Primores utrinque 6. Laniarii distincti primoribus longiores solitarii conici acuti. Molares obducti, anteriores unicuspides, posteriores tritores magis minusve sectores aut tuberculati.

Mammae apertae abdominales.

Pedes distincti ambulatorii plantigradi plantis denudatis. Ungues falculares.

GENUS 99. CERCOLEPTES (κερκος cauda ληπτης capiens) Potos Cuv. Kinkajou La Cépède Caudivolvulus Dum. Tiedem. (Wikkelthier Germ. Kinkajou Gall.)

Dentes Primores supra 6, infra 6 aequales. Laniarii distincti, primoribus multo longiores, conici, inferiores magni bisulcati. Molares supra et infra utrinque 5 (4 Pallas): antici 2 sectores, posteriores tritores cuspidati?
Rostrum acutum. Nasus rhinarium. Lingua laevis. Auriculae parvae rotundatae.
Corpus pilosum. Cauda elongata, volubilis. Mammae apertae, 2 ventrales.
Pedes distincti ambulatorii plantigradi pentadactyli. Plantae denudatae. Ungues falculae acutae.
Species: Viverra caudivolvula *LinGmel.*

GENUS 100. NASUA Storr Cuvier Dumer. Tiedem. Coati La Cép. (Nasenthier Germ. Couati Gall.)
Dentes Primores supra 6, externo utrinsecus remoto acuto conico, infra 6. Laniarii distincti, primoribus multo longiores, conici angulati acuti. Molares obducti supra infraque utrinsecus 6, tribus anticis sectoribus, tribus posticis tritoribus: superiorum quartus aeque latus ac longus acie externa tricuspide, tuberculis duobus internis; 5 et 6 tuberculati, inferiorum quartus cuspidatus, quintus maximus acie tricuspide et gradu postico magno, sextus tuberculatus.
Rostrum acutum. Proboscis mobilis rhinario oblique truncato, margine superiore acuto prominulo, terminata. Lingua laevis. Auriculae parvae ovales.
Corpus pilosum. Cauda longa laxa. Mammae apertae 6 ventrales.
Pedes distincti ambulatorii plantigradi pentadactyli. Plantae denudatae. Ungues falculae acutae.
Species: Viverra Nasua, Narica *Lin.*

GENUS 101. PROCYON Storr. Cuv. Lotor Tiedem. (Waschthier Germ. Raton Gall. Raccoon Angl.)
Dentes Primores utrinque 6. Laniarii distincti primoribus multo longiores, conici acuti. Molares obducti supra infraque utrinsecus 6, iidem qui Nasuae.

Ro-

Rostrum acutum. Rhinarium prominulum obtusum. Lingua laevis. Auriculae parvae ovales.

Corpus codario et pilis longioribus tectum. Cauda mediocris laxa. Mammae apertae sex abdominales.

Pedes distincti ambulatorii pentadactyli plantigradi: plantis denudatis. Manicula manuformia digitis longioribus distinctis. Ungues falculae acutae.

Species: Ursus Lotor *Lin.*

GENUS 102. GULO Storr. Cuvier. Mellivora Storr (Vilfrass Germ. Glouton, Grison Gall. Glutton Angl.)

Dentes Primores supra 6, externo utrinsecus intermediis longiore, laniarium mentiente, at illis approximato, infra 6, secundo exteriore crassiore interiore. Laniarii primoribus multo longiores, conici acuti. Molares obducti, supra utrinsecus 5 (aliis 4): tres (duo) antici unicuspides, penultimus maximus sectorius acie externa bicuspide et gradu laterali interno antico unituberculato; postremus tritorius transversus tuberculatus, anteriore dente brevior; infra 6 (aliis 5), quorum primus minutus deciduus, tres dein sequentes (antici) unicuspides, penultimus maximus sectorius acie bicuspide et gradu postico; postremus tritorius parvus tuberculatus.

Rostrum acutum. Rhinarium prominulum obtusum. Auriculae breves rotundatae.

Corpus pilosum. Cauda mediocris aut brevis, laxa. Mammae apertae.

Pedes distincti ambulatorii plantigradi pentadactyli fissi. Plantae denudatae. Ungues falculae acutae.

Species: Ursus Gulo, Viverra mellivora, Mustela barbara *Lin.*

GENUS 103. MELES Briss. Storr. Taxus Cuv. Dum. Tiedem. (Dachs Germ. Blaireau Gall. Badger Angl.)

Dentes Primores utrinque 6, inferiorum secundus exterior crassior, interior. Laniarii distincti primoribus longiores, conici acuti. Molares obducti supra 5: primus minutus deciduus, 2 et 3 unicuspides; 2 postici tritores: quartus acie externa subtricuspide et gradu interno tuberculato, postremus maximus tuberculatus. Infra utrinsecus 6: primus minutus deciduus, tres sequentes unicuspides, 2 postici tritores: quintus maximus sectorius acie bicuspide et cuspide postica parva, insuper gradu postico magno; postremus parvus tuberculatus.

Rostrum acutum. Rhinarium prominulum obtusum. Lingua laevis. Auriculae parvae rotundatae.

Corpus pilosum. Cauda brevis. Mammae apertae 2 pectorales, 4 abdominales. Folliculus transversus glandulosus inter anum et caudae radicem.

Pedes distincti ambulatorii plantigradi pentadactyli fissi. Plantae denudatae. Ungues falculae acutae, antipedum longiores fortiores.

Species: Ursus Meles, Labradorius *LinGmel.*

GENUS 104. URSUS Lin. Briss. Schreb. La Cép. Dumer. Tiedem. (Bär Germ. Ours Gall. Bear Angl.)

Dentes Primores utrinque 6, inferiorum secundus exterior basi crassior, interior *). Laniarii distincti primoribus longiores, conici. Molares obducti supra utrinsecus 6: primus dimotus minutus, secundus minutus deciduus, reliqui tritores tuberculati: tertius parvus, quartus triangularis, quintus subquadratus, postremus maximus oblongus longitudinalis; infra utrinsecus 5: primus dimotus laniario proximus, reliqui tritores tuberculati: secundus unituberculatus, tertius et quartus oblongi, postremus quarto minor subquadratus.

*) Celeb. Dr. J. C. H. Meyer Berolinensis cranium Ursi Arcti varietatis auratae dictae asservat, quod dentibus primoribus inferioribus, quatuor tantum est. Laniarius inferior inter spatium cadit, quod dentes primores extimum et secundum dirimit, qui alias inter priorem externum et laniarium superiorem ejusdem lateris cadere solet.

Rostrum productum. Nasus prominulus, rhinario lato obtuso. Lingua laevis. Auriculae mediocres rotundatae.

Corpus villosum codario pilis intermisto. Cauda abrupta. Mammae apertae, 4 pectorales, 2 ventrales. Folliculus supra anum nullus.

Pedes distincti ambulatorii plantigradi pentadactyli fissi. Plantae denudatae callosae. Ungues falculae acutae.

Species: Ursus Arctos, maritimus, Americanus *LinGmel.*

35. (3) Familia.

Sanguinaria (Raubthiere.)

Dentes Primores utrinque 6, inferiores in eadem serie collocati. Laniarii distincti, primoribus longiores, conici, acuti. Molares obducti anteriores unicuspides, posteriores sectores, postremi minores tritores.

Mammae apertae abdominales.

Pedes distincti ambulatorii digitigradi. Plantae pilosae. Ungues falculae acutae, pluribus vaginatae.

GENUS 105. MEGALOTIS (μεγας magnus, ους auris) Fennecus La Cépède. (Ohrenthier Germ. Fennec Gall.)

Dentes Primores utrinque 6. Laniarii primoribus multo longiores, acutissimi. Molares obducti supra utrinsecus 6, infra . . . .

Rostrum acutum, rhinario prominulo. Lingua laevis? Auriculae capite longiores ovales amplae.

Corpus pilosum. Cauda mediocris. Folliculus analis nullus? Mammae apertae.

Pedes distincti ambulatorii digitigradi, tetradactyli. Ungues falculae acutae fixae.

Species: Canis Cerda *LinGmel.*

GENUS 106. CANIS Lin. Briss. Schreb. La Cép. Dumer. Tiedem. (Hund, Wolf, Fuchs Germ. Chien, Loup, Rénard Gall. Dog, Wolf, Fox Angl.)

Dentes Primores utrinque 6, superiorum laterales longiores remoti, inferiorum lobati. Laniarii distincti primoribus multo longiores conici acuti laevigati. Molares obducti, supra utrinsecus 6: antici 2 unicuspides, tertius sectorius quartus sectorius maximus acie secante exteriore bicuspide: cuspide postica breviore, et antice gradu parvo auctus; quintus et sextus tritores transversi tuberculati, sexto parvo. Infra utrinsecus 7: antici 3 unicuspides, quartus sectorius, quintus sectorius maximus acie bicuspide: cuspide postica interius denticulo aucta; gradu postico tuberculato auctus; sextus et septimus tritores tuberculati minores, postremo parvo.

Rostrum acutum, rhinario prominulo rotundato. Lingua laevis. Pupilla his orbicularis, illis oblonga. Auriculae mediocres.

Corpus pilosum. Cauda mediocris aut brevis. Mammae apertae pectorales et ventrales. Folliculus analis nullus.

Pedes distincti ambulatorii digitigradi, antici pentadactyli, postici tetradactyli. Plantae pilosae. Ungues falculae acutae fixae.

Species: Canis Lupus, aureus, Vulpes *LinGmel.*

GENUS 107. HYAENA Briss. Storr. Cuvier. Dumer. Tiedem. (Hyäne Germ. Hyène Gall. Hyaena Angl.)

Dentes Primores utrinque 6, inferiorum secundus exterior basi crassiore. Laniarii primoribus multo longiores, conici acuti laevigati. Molares obducti, fere omnes sectores supra utrinsecus 5: tres antici acie simplici, quartus maximus exterius acie tricuspide, interius antice gradu tuberculato auctus, quintus parvus interior transversus tritorius tuberculatus. Infra utrinsecus 4: anteriores tres conoidei incrassati, quartus maximus acie bicuspide et gradu postico.

Rostrum acutum, rhinario prominulo rotundato. Lingua aspera. Pupilla supra angustata. Auriculae mediocres oblongae.
Corpus pilosum. Cauda brevis. Mammae apertae 4 ventrales. Folliculus glandulosus inter anum et caudam.
Pedes distincti ambulatorii digitigradi tetradactyli fissi. Plantae pilosae. Ungues falculae acutae.
Species: Canis Hyaena, C. Crocuta *LinGmel.*

GENUS 108. FELIS Lin Briss. Schreb. La Cép. Cuvier Dumer. Tiedem. (Katze, Löwe, Tiger, Panther, Luchs Germ. Chat, Lion, Tigre, Panthère, Lynx Gall. Cat, Lion, Tiger, Lynx Angl.)
Dentes Primores utrinque 6, in eadem serie collocati. Laniarii distincti primoribus multo longiores conici acuti, versus apicem sulcis exarati. Molares obducti, fere omnes sectores, supra utrinsecus 4: antici duo conoidei crassiusculi, tertius maximus acie bicuspide, et interius gradu antico laterali parvo auctus, quartus tritorius tuberculatus parvus interior transversus. Infra utrinsecus 3: antici duo compressi simplices, tertius maximus acie bicuspide.
Rostrum calvaria brevius, obtusiusculum, rhinario prominulo rotundato. Lingua retrorsum aculeata. Pupilla his oblonga, illis orbicularis. Auriculae parvae acuminatae.
Corpus pilosum. Cauda aut elongata, aut mediocris, aut brevis. Mammae apertae aut ventrales 4 vel 2, aut 4 pectorales et 4 ventrales. Folliculus supra anum nullus.
Pedes distincti ambulatorii digitigradi, antici pentadactyli, postici tetradactyli. Plantae pilosae. Ungues falculae acutae retractiles vaginatae.
Species: Felis Leo, Tigris, Pardalis, Lynx, Catus *Lin.*

GENUS 109. VIVERRA Lin. Schreb. La Cép. Cuvier Dumér. Tiedem. (Zibetthier Germ. Civette Gall. Civet Angl.)

Dentes Primores utrinque 6, in eadem serie collocati. Laniarii distincti, primoribus multo longiores, conici. Molares obducti supra utrinsecus 6: tres antici sectores conoidei compressiusculi, quartus maximus sectorius acie subtricuspide et interius gradu laterali antico parvo auctus, quintus et sextus tritores tuberculati, sexto minore. Infra utrinsecus 6: antici 4 sectorii unicuspides (primo nonnullis deficiente), quintus sectorius maximus, acie externa bicuspide, tuberculis duobus internis aucta, et postice gradu magno quadrituberculato auctus, sextus tritorius tuberculatus magnus.

Rostrum acutiusculum, rhinario prominulo obtuso. Lingua (certe antice) retrorsum aculeata. Pupilla elongata transversa. Auriculae breves rotundatae.

Corpus codario et pilis longioribus vestitum. Cauda longa. Mammae apertae aut 4 pectorales et 2 ventrales, aut 4 ventrales et pectorales nullae. Folliculus glandulosus inter genitalia et anum.

Pedes distincti ambulatorii digitigradi pentadactyli fissi. Plantae pilosae. Ungues falculae acutae semivaginatae semiretractiles.

Species: Viverra Zibetha, Civetta, Genetta *Lin Gmel.*

GENUS 110. RYZAENA (ῥύζειν hirrire ut canis) (Schnarrthier.)

Dentes Primores utrinque 6, inferiorum secundus exterior basi crassiore interiore. Laniarii distincti primoribus longiores, conici acuti. Molares iidem qui Viverrae.

Rostrum acutum. Nasus productus proboscideus mobilis rhinario obtuso. Lingua antice retrorsum aculeata. Auriculae parvae rotundatae.

Corpus codario et pilis longioribus vestitum. Cauda longa. Mammae apertae .... Folliculi duo glandulosi anales.

Pedes distincti ambulatorii digitigradi, tetradactyli, fissi. Plantae pilosae. Ungues falculae arcuatae acutae fixae, antipedum longiores.

Species: Viverra tetradactyla, Viverra Zenik *LinGmel.*

36. (4) Familia.

Gracilia (Langstrekkige.)

Dentes Primores supra 6, infra 6, secundo exteriore interiore, basi crassiore, unicae speciei 4. Laniarii distincti, primoribus longiores, conici, acuti. Molares obducti, sectorii, postremi tritores.
Mammae apertae abdominales.
Pedes distincti, ambulatorii, digitigradi, aut subretracti et subobvoluti, palmati, postici laterales. Plantae certe versus calcaneum pilosae. Ungues falculae acutae.

GENUS 111. HERPESTES (ἑρπηστης reptans) Ichneumon La Cép. Dum. Tiedem. Mangusta Olivier (Schlüpfthier Germ. Mangouste Gall. Ichneumon Angl.)
Dentes Primores utrinque 6, inferiorum secundus exterior angustior, interior. Laniarii distincti, primoribus longiores, conici acuti. Molares iidem qui Viverris.
Rostrum acutum. Nasus productus rhinario rotundato. Lingua papillis duris aspera. Oculi membrana nictitante. Pupilla oblonga. Auriculae breves rotundatae.
Corpus codario et pilis longioribus vestitum. Cauda longa, e basi crassa sensim angustata. Mammae apertae . . . . Folliculus glandulosus inter anum et caudam.
Pedes distincti ambulatorii digitigradi pentadactyli semipalmati. Plantae nudiusculae, at incessus in digitis. Ungues falculae acutae.
Species: Viverra Ichneumon, Mungo, Cafra *LinGmel.*

GENUS 112. MEPHITIS Cuvier, Dumer. Tiedem. (Stinkthier Germ. Mouffette Gall.)

Dentes Primores utrinque 6, inferiorum exteriorum secundus interior angustior? Laniarii distincti, primoribus multo longiores conici. Molares obducti, supra utrinsecus 4: duo antici subconici, tertius sectorius acie interius tuberculo aucta quartus tritorius maximus quadrituberculatus. Infra utrinsecus 5: antici tres sectores unicuspides, quartus sectorius maximus acie externa bicuspide, interius tuberculo, postice gradu magno utrinsecus bituberculato auctus; quintus tritorius tuberculatus parvus.

Rostrum calvaria brevius. Nasus prominulus rhinario obtuso. Lingua laevis. Auriculae parvae rotundatae.

Corpus codario et pilis longioribus vestitum. Cauda mediocris. Mammae apertae . . . Folliculus analis nullus at glandulae anales.

Pedes distincti ambulatorii digitigradi pentadactyli fissi. Plantae pilosae. . Ungues falculae acutae, antipedum elongatae fossoriae.

Species: Viverra Putorius LinGmel.

GENUS 113. MUSTELA Lin. Briss. Schreb. La Cép. Dumer. Tiedem. (Wiesel, Iltis, Marder Germ. Belette, Marte, Putois Gall. Weesel, Martin, Polecat Angl.)

Dentes Primores utrinque 6, inferiorum exteriorum secundus angustior et interior. Laniarii distincti, primoribus multo longiores, conici acuti. Molares obducti; supra utrinsecus 4 (aut 5 aut 6): antici duo aut tres aut quatuor) sectorii subconici, tertius (quartus aut quintus) sectorius maximus exterius acie subtricuspide et interius antice gradu auctus, postremus tritorius transversus tuberculatus. Infra utrinsecus 5 (aut 6): primus minutus deciduus, duo (vel tres) sequentes sectorii conoidei, quartus (vel quintus) insectorius maximus acie cuspidibus tribus, postica humili, postice gradu auctus; postremus tritorius tuberculatus parvus.

Rostrum calvaria brevius. Nasus prominulus rhinario obtuso. Lingua laevis. Auriculae parvae rotundatae.

Corpus codario et pilis longioribus vestitum. Cauda brevis. Mammae apertae ventrales. Glandulae odoriferae anales.

Pedes distincti ambulatorii digitigradi pentadactyli. Plantae pilosae. Ungues falculae acutae.

Species: Mustela Martes, Putorius, vulgaris *Lin.*

GENUS 114. LUTRA Ray. Briss. Scopoli, Storr La Cép. Dumer. Tiedem. (Otter Germ. Loutre Gall. Otter Angl.)

Dentes Primores supra 6; infra aut 6, quorum exteriorum secundus angustior et interior, aut 4 (in Marina Stelleri.) Laniarii distincti, primoribus longiores, conici acuti. Molares obducti, supra utrinsecus 5 (aut 4): tres (duo) antici sectores conoïdei, quartus (tertius) sectorius maximus gradu interno laterali, postremus tritorius tuberculatus; Infra utrinsecus 6 (aut 5) primus minutus, duo sequentes (antici) sectores conoïdei, penultimus sectorius maximus acie bicuspide, ultimus tritorius tuberculatus.

Rostrum calvaria brevius. Nasus obtusus rhinario lato. Oculi membrana nictitante. Auriculae breves rotundatae.

Corpus codario et pilis longioribus vestitum. Cauda brevis. Mammae apertae ventrales. Glandulae odoriferae anales.

Pedes distincti subretracti, subobvoluti, ambulatorii, palmati, pentadactyli, postici laterales, podio antrorsum verso. Plantae nunc denudatae nunc pilosae. Ungues falculae acutae.

Species: Lutra vulgaris, L. marina, L. Lutreola *Lin.*

XIII. Ordo.

Pinnipedia (Ruderfüsser.)

Dentes Primores, Laniarii, Molares obducti.
Mammae apertae.
Pedes retracti obvoluti palmati, postici distincti retrorsum versi sibi invicem approximati. Ungues falculae.
Nomen horum Mammalium, quae Cuvierio Amphibia audiunt, a pedum forma et usu derivatum est.

37. (1) Familia.

Pinnipedia (Ruderfüsser.)

Character Ordinis.

GENUS 115. PHOCA Lin. Briss. Schreb. La Cép. Dumer. Tiedem. (Robbe Germ. Phoque Gall. Seal Angl.)
Dentes Primores conici supra 6 vel 4, exteriores majores, infra 4 vel 2. Laniarii distincti inclusi utrinque solitarii, primoribus longiores. Molares obducti, supra et infra utrinsecus sex, sectores, plerumque trilobi.
Rostrum acutum productum. Auriculae aut parvae aut nullae.
Corpus elongatum pilosum, versus postica attenuatum. Cauda minuta lobulus quasi pellis. Mammae apertae 2 ventrales.
Pedes retracti obvoluti distincti palmati pentadactyli, postici retrorsum directi, sibi invicem approximati. Digiti saepius appendiculo cutaneo apicali auctis. Ungues falculae, scelidum rarius nulli.
Species: Phoca jubata, ursina, vitulina, pusilla. *LinGmel.*

GENUS 116. TRICHECHUS Lin. Schreb. La Cép. Dumer. Tiedem. Odobenus Briss. Rosmarus Scopoli, Storr (Wallross Germ. Morse Gall. Wallruss Angl.)

Dentes Primores supra 2 minuti, occultati, molaribus similes, infra nulli. Laniarii superiores elongati exserti cylindrici acuti, deorsum spectantes, paullulum inflexi; inferiores nulli. Molares obducti parvi coronide depressiuscula, supra 5: tres antici interiores, tertio majore, duo postici exteriores, postremo minuto; infra 5, antico majore, postremo minuto (saepius utrinque 4, aut modo 3 molares adsunt.)

Rostrum brevissimum obtusum. Auriculae nullae.

Corpus elongatum obesum versus postica attenuatum. Cauda fere nulla, lobulus quasi pellis. Mammae apertae 4 ventrales.

Pedes retracti obvoluti distincti palmati pentadactyli, postici retrorsum directi sibi invicem approximati. Ungues falculae breviores.

Species: Trichechus Rosmarus *Lin.*

XIV. Ordo.

Natantia (Meersäugthiere.)

Dentes varii, Balaenis Elasmia.

Mammae apertae vel pectorales, vel ventrales.

Pedes antici retracti mutilati pinniformes, postici aut compedes, aut nulli.

Nomen. Reliqua Mammalia omnia, et natantia, in sicco quoque ingredi possunt, quod illis hujus Ordinis negatum est, quae solummodo in alto degunt et natant; incedere nescia. Hinc nomen Natantium sibi prae caeteris vindicant.

38. (1) Familia.

Sirenia (Sirenen.)

Dentes Primores aut omnino aut inferiores et Laniarii nulli; Molares complicati aut lamellosi.

Spiracula nulla. Mammae apertae 2 pectorales.

Antipedes magis apparentes obvoluti brachiiformes aut lamnati, aut ungulati; Scelides in caudam plagioplateam connatae.

GENUS 117. MANATUS Rondelet, Scopoli, Storr, La Cép. Dumer. Tiedem. (Manati Germ. Lamantin Gall. Manati Angl.)

Dentes Primores (2 decidui?) et Laniarii nulli. Molares abrupti, injuncti, complicati tritores sextuberculati, supra et infra utrinsecus 8—10.

Rostrum obtusum. Auriculae nullae.

Corpus setis raris obsitum, elongatum versus postica attenuatum. Mammae apertae 2 pectolares.

Antipedes obvoluti exserti pinniformes pentadactyli, digitis quatuor lamnatis. Scelides in caudam plagioplateam obvolutam connatae.

Species: Trichechus Manatus australis *LinGmel.*

GENUS 118. HALICORE (ἅλιος marinus, κορη puella) Trichechus Storr. Dugong La Cépède. Dumer. Dugungus Tiedem. (Seemaid Germ. Dugong Gall.)

Dentes Primores supra 2 conici exserti oblique antrorsum descendentes, remoti; infra nulli. Laniarii nulli. Molares abrupti complicati, injuncti, tritores coronide excavata laeviuscula, postici majores, sulco laterali subdidymi, supra utrinsecus 4 vel 3; infra 3.

Rostrum obtusum. Auriculae nullae.

Corpus pilosum elongatum versus postica attenuatum. Mammae apertae 2 pectorales.

Antipedes obvoluti exserti pinniformes pentadactyli, digitis quatuor lamnatis. Scelides in caudam plagioplateam obvolutam connatae.
Species: Trichechus Dugong *LinGmel.*

GENUS 119. RYTINA (ῥυτις ruga.) (Borkenthier Germ.)
Dentes Primores et Laniarii nulli. Molaris supra infraque utrinsecus solitarius appositus, a laminis infra convergentibus compositus.
Rostrum obtusum. Auriculae nullae.
Corpus pilis nullis, sed epidermide fibrosa rimosa rudi obductum, elongatum, versus postica attenuatum. Mammae apertae 2 pectorales.
Antipedes exserti brachiiformes callo ungulaeformi terminati, digitis apparentibus nullis. Scelides in caudam plagioplateam obvolutam connatae.
Species: Trichechus Manatus borealis *LinGmel.* (Manatus *Stelleri.*)

39. (2) Familia.

Cete (Walle.)

Dentes aut veri varii, aut elasmia pro dentibus.
Spiracula capitis ad ejiciendam aquam. Mammae apertae 2 inguinales. Cauda apice pedalio aucta.
Artus pectorales pinnae exunguiculatae; Artus ventrales nulli.

GENUS 120. BALAENA Lin. Briss. Schreb. Dumer. (Bartenwall, Wallfisch Germ. Baleine Gall. Mysticete, Whale Angl.)
Dentes nulli, at palatum utrinsecus elasmiis seu laminis confertis transversim oblique collocatis, pendentibus, corneis, triangularibus, apice fibrosis.
Spiracula distincta frontalia.

Corpus oblongum denudatum in caudam plagioplateam apice cute pinniformi seu pedalio horizontali instructam attenuatum. Pinna dorsalis in aliis (Balaena La Cépède Tiedem.) aliis nulla (Balaenoptera La Cép. Tiedem.) Mammae apertae 2 inguinales.

Artus pectorales pinnae, abdominales nulli.

Species: Balaena Mysticetus, Physalus *Lin.*

GENUS 121. CERATODON Brisson Monodon Lin. Schreb. Diodon Storr. Narwalus La Cép. Dumer. Tiedem. (Narwall Germ. Narwhal Gall. Narwhal Angl.)

Dentes duo, altero plerumque deficiente, in apice maxillae superioris, elongati exserti, recta porrecti, alii nulli.

Spiracula in unum conjuncta occipitale.

Corpus oblongum denudatum, in caudam pedalio instructam attenuatum. Pinna dorsalis nulla. Mammae apertae duae inguinales.

Artus pectorales pinnae, abdominales nulli.

Species: Monodon Monoceros *Lin.*

GENUS 122. ANCYLODON (αγκυλος incurvus, οδους dens) Anarnacus La Cépède Dumer. Tiedem. (Hakenwall Germ. Anarnak Gall.)

Dentes duo parvi prominuli curvati in apice maxillae superioris, alii nulli.

Spiracula juncta in unum.

Corpus oblongum denudatum, in caudam pedalio instructam attenuatum. Pinna dorsalis parva. Mammae apertae 2 inguinales.

Artus pectorales pinnae, abdominales nulli.

Species: Monodon spurius *Fabricii.*

GENUS 123. PHYSETER Lin. Schreb. Cetus Brisson. (Pottwall Germ. Cachalot Gall. Cachalot Angl.)

Dentes maxillares, superiores in scrobiculorum fundis absconditi, inferiores magni conici acuti scrobiculis maxillae superioris injungendi.

Spiracula juncta in unum, aut in apice rostri (Physalus, Physeter La Cép. Dumer. Tiedem.) aut in ejus basi situm (Catodon La Cép. Dum. Tiedem.)

Corpus oblongum denudatum, in caudam pedalio instructam attenuatum. Pinna dorsalis in aliis (Physeter La Cép.), in aliis nulla (Physalus, Catodon La Cép.) Mammae apertae 2 inguinales.

Artus pectorales pinnae, abdominales nulli.

Species: Physeter macrocephalus, cylindricus, microps *LinGmel.*

GENUS 124. DELPHINUS Lin. Briss. Schreb. (Delfin Germ. Dauphin Gall. Dolphin Angl.)

Dentes numerosi acuti in utraque maxilla usque ad oris apicem; palatini nulli.

Rostrum angustum elongatum depressum. Spiracula juncta in unum verticale lunatum, lunulae sinu os spectante.

Corpus oblongum glabrum in caudam pedalio instructum angustatum. Pinna dorsalis in aliis (Delphinus La Cépède, Dumer. Tiedem.), aliis nulla (Delphinapterus La Cép. Dum. Tied.) Mammae apertae duae inguinales.

Artus pectorales pinnae, abdominales nulli.

Species: Delphinus albicans, Delphis, Phocaena, Orca *Lin.*

GENUS 125. URANODON (*ὀυρανη* palatum, *ὀδους* dens) Hyperoodon La Cép. Dumer. Tiedem. (Butzwall Germ.)

Dentes duo acuti in maxilla superiore, at dentes spurii plures in palato.

Rostrum depressum angustum. Spiracula juncta in unum verticale lunatum, lunulae sinu caudam spectante.

Corpus oblongum glabrum in caudam pedalio instructam attenuatum. Pinna dorsalis. Mammae apertae 2 inguinales.

Artus pectolares pinnae, abdominales nulli.

Species: Delphinus Butzkopf *Bonaterre Encyclop.*

II.

A v e s.

(V ö g e l.)



Conspectus
terminorum ornithographicorum.

Übersicht der zur Vögelbeschreibung dienenden Kunstwörter.

I.

Termini ornithographici.

Termini zoographici, in enumeratione eorum, Mammalium classi pag. 4 et sqq. praemissa, jam occurrentes, et avibus describendis idonei, hic aut non recensentur, ut termini sceleti partes explicantes 1—58, aut quum eorum indicium pro loco aptum videbatur, explicatione repetita haud indigent, ne volumen opusculi praeter necessitatem augeatur. Numerus, cui litera M apposita est, numerum termini apud Mammalium Classem explicati spectat.

1.

Corpus Avium in universum.

Corpus Avium antice in collo elongato caput fert, cujus maxillae nudae, corneo tegumento aut epidermide tectae, prominent; utrinque alas (artus pectorales M. 27) et postice caudam, hanc et illas plerumque pennatas, gerit, subtus pedibus duobus (artubus abdominalibus M. 28) fultum, undique plumis vestitum est. Sceleto Avium *Furcula* propria est: os thoraci antice additum solitarium, bifurcum, cornibus suis claviculis insertum, angulo connivente deorsum verso plerumque libero, interdum cum sterni crista connato.

I.

Kunstwörter zur Beschreibung der Vögel.

Die Kunstwörter, welche in der, der Säugthierklasse vorangeschikkten Aufzählung S. 4 u. fg. schon vorkommen, und auf die Beschreibung der Vögel anwendbar sind, sind hier entweder übergangen, wie z. B. diejenigen, welche sich auf das Geripp beziehn 1—58, oder wenn ihre Anzeige zwekkmäfsig schien, bedurften sie doch keiner Erklärung, damit der Umfang des Werkchens nicht unnöthiger Weise vermehrt würde. Die mit einem S vorgezeichnete Zahl bezieht sich auf das Kunstwort der Säugthierklasse.

1.

Leib der Vögel im Allgemeinen.

Der Leib der Vögel trägt vorn auf dem langen Halse den Kopf, dessen nakkte, mit einer hörnernen Dekke oder einer Haut umkleidete Kiefer, vorragen; zu jeder Seite führt er die Flügel (die Brustgliedmafsen S. 27) und hinten den Schwanz, beide gewöhnlich mit Federn besetzt, unten wird er von zwei Beinen (den Bauchgliedmafsen S. 28) unterstützt, und überall mit Federn bekleidet. Dem Vögelgerippe eigenthümlich ist das Gabelbein oder die Brille, ein vorn an dem Brustkasten befindlicher, unpaarer gabliger Knochen, dessen Zinken den Schlüsselbeinen eingelenkt sind, die Verbindung nach unten gerichtet, gewöhnlich frei, zuweilen mit dem Brustbeinkamme verwachsen ist.

1. *Pluma, (Penna* in genere) pars cornea sicca elastica, radice tubulosa cuti implantata, apice libero bifariam pinnato.

2. *Pennae,* plumae elongatae rigidae, alarum antibrachio et manui (M. 33, 37) et caudae insertae.
3. *Ptilosis,* indumentum corporis totius, quod plumae formant.
4. *Pars implumis, deplumata,* quae plumis caret.
Notandum est, terminos ad describendas regiones partium plumatarum adhibitos, plerumque ptilosin spectare.

5. *Notaeum,* M. 212.
6. *Gastraeum,* M. 213.
7. *Stethiaeum,* M. 214.
8. *Uraeum,* M. 215.

2.

Caput.

9. *Rostrum,* maxillae prominentes, indumento corneo, rarius cutaneo, obductae.
10. *Caput* (sensu stricto), caput excepto rostro.

A. Rostri partes.

11. *Mandibulae, Maxillae,* rostri partes geminae, superior et inferior, basi articulatione junctae.

12. *Maxilla, (Maxilla s. Mandibula superior)* M. 6.

13. *Mandibula, (Maxilla s. Mandibula inferior)* M. 9.
14. *Ramphotheca,* integumentum corneum aut cutaneum (conf. 17.) rostrum totum obvolvens illique adhaerens.
15. *Rhinotheca,* idem integumentum maxillae (12).
16. *Gnathotheca,* hoc integumentum mandibulae (13).
17. *Ceroma, (Cera),* cutis plerumque colorata, maxillae vel rostri basin induens, saepius tuberculata aut carunculata — *Rostrum cerigerum.*

1. Feder, (im allgemeinen Sinne) Flaum, ein trokkner elastischer Theil, dessen röhrige Wurzel in die Haut gepflanzt, das freie Ende zweizeilig gefiedert ist.
2. Flugfedern, lange steife Federn des Vorderarms und der Hand (S. 33, 37), und des Schwanzes.
3. Gefieder, die von den Federn gebildete Überkleidung des ganzen Leibes.
4. Unbefiedert heisst ein Theil, der keine Federn hat.

   Man muss sich merken, dass die Kunstwörter, die zur Bezeichnung befiederter Theile gebraucht werden, sich gewöhnlich auf das Gefieder beziehn.
5. Oberseite, S. 212.
6. Unterseite, S. 213.
7. Vordertheil, S. 214.
8. Hintertheil, S. 215.

2.

Kopf.

9. Schnabel, die vorragenden, mit einem hornigen, selten häutigen, Überzuge umkleideten Kiefer.
10. Kopf (im engern Sinne), der Kopf mit Ausnahme des Schnabels.

A. Theile des Schnabels.

11. Kiefer, Kinnladen, die beiden an der Wurzel durch ein Gelenk verbundnen Theile des Schnabels, ein oberer, und ein unterer.
12. Kiefer, Oberkiefer, (Oberkinnlade, Oberschnabel) S. 6.
13. Kinnlade, (Unterkiefer, Unterkinnlade) S. 9.
14. Schnabelscheide, der hornige oder häutige (vergl. 17.), den ganzen Schnabel umkleidende und an ihm festsitzende Überzug.
15. Kieferscheide, dieser Überzug des Kiefers (12).
16. Ladenscheide, dieser Überzug der Kinnlade (13).
17. Schnabelhaut, Wachshaut, eine gewöhnlich gefärbte, oft hökkrige oder warzige Haut, welche den Grund des Kiefers oder des Schnabels umkleidet — Bekleideter Schnabel.

Observat. Ramphotheca cutanea (14) plurium Avium, accurate considerata, idem ceroma est, ad maxillae apicem usque extensum.

18. *Rostrum basi nudum,* quod ceromate caret.

19. *Tomium, (Margo mandibulae)* margo lateralis externus secans mandibulae utriusque, margini alterius mandibulae oppositus, ad manducandos cibos destinatus.
20. *Tomium maxillare,* tomium maxillae.
21. *Tomium mandibulare,* tomium mandibulae.
22. *Culmen, (Dorsum rostri),* maxillae pars suprema longitudinalis media, a rostri basi inde usque ad ejus apicem.
23. *Dertrum,* maxillae apex, vel figura vel sulco distinctus, cui os intermaxillare (M. 7.) subjacet *). — *Rostrum auctum,* cujus dertrum distinctum est.

24. *Culmen distinctum,* culmen (22) utrinque sulco aut alio modo a reliqua maxilla distinctum — *Rostrum culminatum.*

25. *Culmen continuum,* a reliqua maxillae superficie haud distinctum — *Rostrum domatum.*

26. *Paratonum,* pars lateralis tomium (20) continens maxillae, cujus culmen distinctum est (24).

27. *Mesorhinium,* pars culminis (20) inter nares: interstitium narium externum.

28. *Palatum,* M. 8.
29. *Palatum uni- bi- multisectorium,* quod aciebus longitudinalibus unica aut pluribus instructum est.

30. *Angulus frontalis,* angulus quem maxillae culmen in fronte format.
31. *Angulus labialis,* angulus inferior, mandibulae proximus, baseos maxillae.

---

*) *Apex rostri, maxillae, mandibulae,* est pars basi opposita, terminus communis.

Anmerk. Die häutige Schnabelscheide (14) ist, genau betrachtet, wohl nichts anders als die zur Schnabelspitze reichende Schnabelhaut.

18. An der Wurzel unbekleideter Schnabel, der keine Schnabelhaut hat.
19. Schneide, der äufsere schneidende Seitenrand beider Kiefer, der auf denselben Rand des entgegenstehenden Kiefers passt, und zum Zerkleinern der Speisen dient.
20. Kieferschneide, die Schneide des Kiefers (12).
21. Ladenschneide, die Schneide der Kinnlade (13).
22. Firste, (Schnabelrükken) der obere mittlere Längstheil des Kiefers von der Wurzel des Schnabels bis zur Spitze.
23. Kuppe, die durch ihre Bildung oder durch Absondrung ausgezeichnete Spitze des Kiefers, worunter das Zwischenkieferbein (S. 7.) liegt *). — Kuppiger Schnabel, der eine abgesetzte Kuppe hat.
24. Abgesetzte Firste, eine Firste (22) die durch eine Furche oder auf eine andre Weise von dem übrigen Theile des Kiefers abgesondert ist — Kantfirstiger Schnabel.
25. Verflächte Firste, die von dem übrigen Theile des Kiefers nicht abgesondert ist — Ohnfirstiger Schnabel.
26. Kieferseiten, der die Schneide (20) enthaltende Seitentheil des Kiefers, dessen Firste abgesetzt ist (24).
27. Nasenscheidung, der Theil der Firste (22) der zwischen den beiden Nasenlöchern liegt: der äufsere Zwischenraum der Nasenlöcher.
28. Gaumen, S. 8.
29. Ein- zwei- vielschneidiger Gaumen, der Eine, zwei, oder mehrere erhabne scharfe Längsleisten hat.
30. StirnEkke, Stirnwinkel, der Winkel, den die Firste in der Stirn bildet.
31. Lefzenwinkel, der untere, an die Kinnlade stofsende Winkel der Kieferwurzel.

---

*) Spitze des Schnabels, des Kiefers, der Kinnlade, ist ein allgemeiner Ausdruck und zeigt überhaupt den der Grundfläche entgegengesetzten Theil an.

32. *Margo mastacalis,* margo baseos lateralis maxillae ab angulo frontali usque ad angulum labialem.

33. *Gnathidia, (Rami mandibulae)* partes laterales mandibulae (13) apice conjunctae, basi utrinque cum cranio articulatae.

34. *Myxa,* mandibulae pars apicalis, conjunctione gnathidiorum formata.

35. *Angulus mentalis,* angulus, quem gnathidia ad myxam (34) efficiunt.

36. *Furca,* gnathidia junctim considerata, ab angulo mentali inde usque ad eorum insertionem.

37. *Gonys.* margo inferior medius myxae, ab angulo mentali inde ad myxae apicem usque.

38. *Margo mentalis,* ora interior furcae mandibularis, angulo mentali circumdata.

39. *Mala,* pars basalis exterior gnathidii, plumis tecta vel colorata.

40. *Angulus oris,* angulus, quem mandibula cum maxilla utrinque format.

41. *Angulus genalis,* angulus superior maxillae proximus baseos malae (38).

42. *Angulus malaris,* angulus inferior baseos malae.

43. *Margo malaris,* margo baseos malae, quem plumae ejus antrorsum describunt.

B. Rostrum secundum longitudinem et figuram.

44. *Longum,* est rostrum capite longius.

45. *Longissimum,* capite plus duplo longius.

46. *breve,* capite brevius.

47. *brevissimum,* dimidio capite brevius.

48. *mediocre,* capitis longitudinem circiter aequans.

49. *Avis longirostris,* cujus rostrum longum aut longissimum est.

50. *Avis metriorhynchos,* rostro mediocri.

32. Knebelrand, der Rand des Seitentheils der Kieferwurzel, vom Stirnwinkel bis zum Lefzenwinkel (30, 31).
33. Laden, (Kinnladenäste), die Seitentheile der Kinnlade (13) die an der Spitze verbunden, an ihrer Wurzel zu beiden Seiten am Schädel eingelenkt sind.
34. Dille, der durch die Vereinigung der Laden gebildete Spitzentheil der Kinnlade.
35. Kinnwinkel, der Winkel, den die Laden an ihrer Vereinigung in die Dille (34) bilden.
36. Ladengabel, die beiden in Verbindung betrachteten Laden von dem Kinnwinkel (35) an bis zu ihrer Einlenkung.
37. Dillenkante, der mittlere untere Rand der Dille, vom Kinnwinkel bis zur Kinnladenspitze.
38. Kinnrand, der innere Rand der Ladengabel, der den Kinnwinkel einschliefst.
39. Bakke, der äufsere mit Federn bedekkte oder gefärbte Wurzeltheil der Lade (33).
40. Mundwinkel, der Winkel, den der Kiefer mit der Kinnlade zu jeder Seite bildet.
41. Wangenwinkel, der obere, an den Kiefer stofsende Winkel der Wurzel der Bakke (38).
42. Bakkenrand, der untere Winkel der Wurzel der Bakke.
43. Bakkenrand, der Rand der Wurzel der Bakke, den die Federn derselben nach vorn bilden.

B. Der Schnabel nach seiner Länge und Bildung.

44. Lang, ist der Schnabel, wenn er länger ist als der Kopf.
45. Sehr lang, mehr als doppelt so lang als der Kopf.
46. kurz, kürzer als der Kopf.
47. sehr kurz, kürzer als die halbe Kopflänge.
48. mittellang, mittelmäfsig, ungefähr von der Länge des Kopfs.
49. Langschnabliger Vogel, mit langem oder sehr langem Schnabel.
50. Mittelschnabliger Vogel, mit mittellangem Schnabel.

51. *Avis brevirostris*, quae rostrum breve vel brevissimum habet.
52. *Rostrum crassum*, ambitu transversali caput aequans.
53. *gracile*, *(tenue)*, capite aliquantum angustius et depressius.
54. *depressum*, diametro altitudinis aliquantum minore, quam diameter latitudinis.

55. *planum*, diametro altitudinis minima, comparata cum diametro transversali.

56. *cultratum*, admodum compressum, culmine aciem, versus apicem arcuatim descendentem, formante, mandibula infra carinata.
57. *grypanium*, culmine magis minusve carinato et in apicem maxillae arcuatim deflexo; rostro caeterum nunc compresso nunc depresso, nunc tereti, at ejus apice semper angustiore.

58. *tubulatum*, tubum formans, maxilla mandibulam lateribus amplectente.

C. Rostrum vel mandibulae singulae secundum directionem.

59. *porrectum*, rectum et ita capiti injunctum, ut culmen capitis superficiei superiori continuum sit.

60. *incurvum*, *arcuatum*, a basi inde arcuatim deorsum flexo.
61. *curvatum*, basi recto, versus apicem arcuatim deflexo.
62. *ascendens*, arcuatim sursum flexum.
63. *infractum*, quod decursu suo circa medium a linea recta repente sub angulo acuto deflectitur et subtus angulum obtusum format.

64. *descendens*, rostrum rectum, quod apice a linea recta sub angulo acuto deflectitur.

51. Kurzschnabliger Vogel, mit kurzem oder sehr kurzem Schnabel.
52. dikker Schnabel, im QueerUmfange dem Umfange des Kopfs gleich.
53. dünn, fein, beträchtlich enger und niedriger als der Kopf.
54. gedrükkt, flach, wenn der Höhendurchmesser beträchtlich kleiner ist, als der Durchmesser der Breite.
55. platt, wenn der Höhendurchmesser in Vergleichung mit dem Breitendurchmesser äufserst gering ist.
56. messerförmig, beträchtlich zusammengedrükkt, die Firste bildet eine zur Spitze bogig hinabgekrümmte Schneide, die Kinnlade unten einen Kiel.
57. krummfirstig, die Firste ist mehr oder weniger kielförmig erhaben und zur Spitze bogenförmig hinabgekrümmt, bei übrigens entweder zusammengedrükktem oder flachem, oder rundlichem Schnabel, aber schmalerer Spitze.
58. röhrig, wenn der Schnabel eine Röhre bildet, indem der Eine Kiefer den andern mit den Seiten umfängt.

C. Der Schnabel oder die einzelnen Kiefer nach ihrer Richtung.

59. vorgestrekkt, gerade und so mit dem Kopfe verbunden, dass die Firste mit der Oberseite des Kopfs in gleicher Ebne liegt.
60. bogenförmig, von der Wnrzel ab bogenförmig nach unten gekrümmt.
61. eingekrümmt, an der Wurzel gerade, nach der Spitze zu bogenförmig nach unten gekrümmt.
62. aufsteigend, bogenförmig nach oben gekrümmt.
63. gebrochen, der in seinem Verlaufe um die Mitte plötzlich unter einem spitzen geradlinigen Winkel von der Richtungslinie niederwärts gebogen ist, und unterwärts einen stumpfen Winkel bildet.
64. absteigend, ein gerader Schnabel, der an der Spitze von der geraden Richtung unter einem spitzen geradlinigen Winkel niederwärts gebogen ist.

65. *declive,* rostrum rectum, quod apice a directionis linea sub angulo ſere recto deflectitur.

66. *aduncum,* apice acuto elongato declivi, uncum formante.

67. *forſicatum,* mandibulis apicibus suis se decussantibus, altero sursum, altero deorsum se invicem praetereuntibus.

68. *inflexum,* maxilla deorsum, mandibula sursum flexa, at apicibus sibi invicem occursantibus.

D. *Rostrum s. Mandibulae secundum apicis et marginis figuram.*

69. *Rostrum unguiculatum,* dertro (21) unguis lamnaris forma.

70. *Mandibulae aequales,* maxillae et mandibulae apex eadem linea verticali antice terminatur.

71. *Marginibus patentiusculis,* maxillae marginibus lateralibus mandibulam superne cooperientibus at lateraliter prominulis.

72. *Maxilla fornicata,* convexa et tomiis prominulis deflexis mandibulam superius amplectens.

73. *Rostrum emarginatum,* maxillae tomio utrinsecus prope apicem emarginato aut exciso.

74. *Rostrum utrinque emarginatum,* maxillae et mandibulae tomiis utrinsecus prope apicem emarginatis vel excisis.

75. *Rostrum dentigerum. bidentigerum, (dente utrinque, angulum utrinque exserens),* maxillae tomio utrinsecus angulum aut unicum aut geminum acutum exserente.

76. *Rostrum incisulum,* tomiis subtilissime incisulis.

77. *Rostrum serratum, denticulatum, crenatum,* tomiis serratis, dentatis, crenatis.

77. a. *Rostrum integerrimum,* tomiis nec serratis, denticulatis, crenatis, nec emarginatis, nec dentigeris.

65. abschüssig, gerade, an der Spitze von der geraden Richtung unter einem beinahe rechten Winkel niederwärts gebogen.
66. hakig, mit einer langen spitzen abschüssigen, einen Haken bildenden Spitze.
67. scheerenförmig, dessen Kiefer sich mit ihren Spitzen kreuzen, so dass die Eine nach oben, die andere nach unten neben der andern weggeht.
68. gegeneinandergebogen, wenn der Kiefer nach unten, die Kinnlade nach oben gebogen ist, aber so, dass die Spitzen aufeinandertreffen.

D. Der Schnabel oder die Kiefer nach der Bildung der Spitze oder des Randes.

69. Nagelkuppiger Schnabel, dessen Kuppe (21) die Gestalt eines platten Nagels hat.
70. Gleichlange Kiefer, die Spitze des Kiefers und der Kinnlade endigt sich vorn an derselben Vertikallinie.
71. überdachender Kiefer, wenn die Seitenränder des Kiefers an beiden Seiten vorragen und die Kinnlade wie ein Dach von oben bedekken.
72. wölbiger Kiefer, wenn der gewölbte Kiefer mit seinen hinabragenden Schneiden die Kinnlade oben umfängt.
73. ausgerandeter Schnabel, dessen Kieferschneide (20) an beiden Seiten hinter der Spitze eine Ausrandung oder einen Ausschnitt hat.
74. zweifach ausgerandeter Schnabel, wenn sowohl die Kieferschneide wie die Ladenschneide (21) an beiden Seiten hinter der Spitze eine Ausrandung oder einen Ausschnitt hat.
75. einzahniger, zweizahniger Schnabel, dessen Kieferrand an beiden Seiten Eine oder zwei spitze vorragende Ekken hat.
76. schnittrandiger Schnabel, dessen Schneiden sehr fein eingeschnitten sind.
77. Sägezähniger, zahnrandiger, kerbrandiger Schnabel mit sägezähnigen, gezähnelten, kerbzähnigen Schneiden.
77. a. Ganzrandiger Schnabel, dessen Schneiden weder Zähne noch Auskerbungen haben.

77. b. *Rostrum lamellosodentatum*, cujus tomia lamellis transversalibus densis denticulata sunt.

E. Rostri appendiculi et interna textura.

78. *Rostrum cornutum*, cujus maxillae pars variae figurae, at similis cum rostro texturae, superius imposita est.

79. *Epithema*, pars imposita rostri cornuti.

80. *R. robustum, validum*, mandibularum ossibus et indumento solidis duris.

81. *R. tenue, debile*, mandibularum ossibus et indumento tenuibus molliusculis, flexilibus.

82. *R. inane*, rostrum magnum, intus cellulis cavis numerosis repletum, ut leve sit pro mole sua.

F. Nasus.

83. *Nares* geminae in maxilla sitae, interdum obliteratae.

84. *Septum s. Dissepimentum narium*, interstitium maxillae internum, nares dirimens. (Interstitium externum, quod culmen format, supra (25) *Mesorhinii* nomine explicatum est.)

85. *Nares perviae*, septo perforato, ut a latere inspicienti, per eas prospectus pateat.

86. *superae*, quae in maxillae parte superiore sitae sunt.

87. *pone rostri basin sitae*, in maxillae basi ipsa, fronti contiguae collocatae.

88. *mediae*, circa medium longitudinis maxillae sitae.

89. *laterales*, inter culmen et tomium in medio collocatae.

90. *marginales*, ad ipsum tomium patentes.

7. b. blätterrandiger Schnabel, dessen Schneiden mit Queerblättchen zahnartig dicht besetzt sind.

E. Anhängsel und inneres Gefüge des Schnabels.

8. gehörnter Schnabel, auf dessen Kiefer oben ein Theil von verschiedener Gestalt aber von einem mit dem Schnabel gleichen Gefüge aufgesetzt ist.

9. SchnabelAufsatz, der aufgesetzte Theil des gehörnten Schnabels.

0. starker Schnabel, wenn die Knochen- und Hornmasse der Kiefer derb und hart ist.

1. schwacher, zarter Schnabel, wenn die Knochen- und Hornmasse der Kiefer dünn, biegsam und weichlich ist.

2. hohlzelliger Schnabel, ein grofser inwendig mit vielen hohlen Zellen ausgefüllter, und daher leichter, Schnabel.

F. Nase.

3. Nasenlöcher sind zwei, die in dem Kiefer liegen, zuweilen unmerklich.

4. Nasenwand, die Scheidung der Nasenlöcher im Innern des Kiefers. (Die äufsere, durch die Firste gebildete, Scheidung kommt unter 25 unter dem Namen Nasenscheidung vor.)

5. durchgehende Nasenlöcher, mit durchbohrter Nasenwand, so dass man von der Seite durch beide hindurchsehn kann.

6. obenliegende, die auf dem obern Theile des Kiefers liegen.

7. hinter der Schnabelwurzel liegende, in der Wurzel des Kiefers selbst, dicht an der Stirn, liegende.

8. mittenliegende, ungefähr in der Mitte der Kieferlänge liegend.

9. seitliche, seitwärts liegende, die zwischen der Firste und der Kieferschneide in der Mitte liegen.

0. randliche, am Rande liegende, die an der Kieferschneide selbst sich öffnen.

91. *concavae*, quae in maxillae scrobiculo sitae sunt.

92. *prominulae*, margine emergente circumdatae.

93. *tubulosae*, tubulo longiore aut breviore patentes.

94. *geminatae, (biloculares)*, tubulis narium in tubum biperforatum connatis.

95. *fornicatae*, squama fornicata magis minusve clausae — *Fornix*.

96. *semiclausae*, membrana magis minusve tectae.

97. *patulae*, quae nec squama, nec membrana teguntur, sed totae patent.

98. *semidivisae*, nares singulae dissepimento verticali abbreviato divisae.

G. Lingua.

99. *lumbriciformis*, elongata teres flexilis.

100. *tubulosa*, e filamentis duobus tubulum constituentibus composita.

101. *jaculatoria*, lingua ligamentis elasticis antice injuncta, quorum ope emitti potest.

102. *sagittaria*, apice hamulis retrorsum versis armata.

103. *longissima*, rostro multum longior.

104. *longa*, rostro longior.

105. *mediocris*, rostri apicem fere attingens.

106. *brevis, brevissima*, rostro magis minusve brevior ab ejus apice remota.

107. *lata*, aeque lata ac rostrum.

H. Oculi.

Conferantur M. 89—101.

I. Capitis regiones.

108. *Pileus*, calvariae superficies superior tota, a rostri basi inde usque ad nucham.

1. hochliegende, wenn sie in einer Grube des Kiefers liegen.
2. vorragende, mit einem vorstehenden Rande eingefasst.
3. röhrige, deren Öffnung eine längere oder kürzere Röhre bildet.
4. doppelläufig, wenn die Röhren der Nasenlöcher in eine einzige zweilöchrige verwachsen sind.
5. überdekkte, von einer wölbigen Schuppe mehr oder weniger überdekkt — Nasenschuppe.
6. halbverschlossen, von einer Haut mehr oder weniger bedekkt.
7. offen, die weder von einer Schuppe, noch von einer Haut bedekkt werden, sondern ganz offen stehen.
8. halbgetheilt, wenn jedes Nasenloch durch eine nicht bis zum gegenüberstehenden Rande reichende vertikale Scheidewand getheilt ist.

G. Zunge.

9. wurmförmig, lang, rundlich, biegsam.
00. röhrig, aus zwei, eine Röhre bildenden, Fäden bestehend.
01. schnellbar, die der Spitze elastischer Bänder angefügt ist, durch deren Hülfe sie hervorgeschnellt werden kann.
02. pfeilförmig, an der Spitze mit Widerhaken versehn.
03. sehr lang, viel länger als der Schnabel.
04. lang, länger als der Schnabel.
05. mittellang, die beinahe die Spitze des Schnabels erreicht.
06. kurz, sehr kurz, mehr oder weniger kürzer als der Schnabel, und von seiner Spitze entfernt.
07. breit, so breit wie der Schnabel.

H. Augen.

Vergleiche S. 89—101.

I. Gegenden des Kopfs.

08. Haube, die ganze obere Seite des Schädels, von der Wurzel des Schnabels bis zum Nakken.

109. *Vertex,* M. 62.
110. *Sinciput,* pilei pars anterior a rostri basi usque ad verticis medium.
111. *Occiput,* M. 64.
112. *Frons,* regio sincipitis a rostri basi usque ad verticem.
113. *Antiae,* frontis anguli duo prominuli plumosi, versus nares protensi, utrinque singulus inter angulum frontalem maxillae et angulum oris situs.
114. *Mastax,* pars lateralis sincipitis, maxillae basi contigua, plumis aut colore distincta.

115. *Capistrum,* capitis margo anticus rostri basin proxime cingens.
116. *Lorum,* vitta aut implumis aut colorata a rostri basi laterali usque ad oculum utrinque ducta.

117. *Regio ophthalmica,* M. 75.
118. *Orbita,* regionis ophthalmicae circulus interior, oculo ipsi proximus.
119. *Supercilium,* vitta longitudinalis antice et postice abbreviata supra quemque oculum.
120. *Genae,* latus capitis inter rostri basin, frontem et oculum.
121. *Tempora,* regiones laterales capitis inter oculum verticem et aurem.
122. *Regio parotica,* circa aures.
